

A. Ω.

Quum,
JEHOVA, Vitae Datore ac Conservatore,
annuente,
SERENISSIMUS PRINCEPS AC DOMINUS,

DOMINUS

WILHELMUS ERNESTUS,

Dux Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, ut &
Angariae atqve VVestphaliae, Landgravius
Thuringiae, Marchio Misniae, Principali digni-
tate Comes Hennebergae, Comes de Mar-
ca atqve Ravensburgo, & Dynasta
Ravensteinii,

NATALEM SUUM, SANUS ET INCOLUMIS,

a. d. XXIX. Octobr. A.O.R. c1600.

celebraret,

hòc *Anagrammaticò* Carmine

ruditer compositò,
poscente humilimà devotione,

gratulabundus

se. submittebat

Jacob. Fuchs, Caesar. Not. Publ. J. Pr.
& t. t. Poligraph. Butteltad.



VINARIAE, Litteris MÜLLERIANIS, Typ. Aul.



JEHOVA Felicitante!

VWilhelmus Ernestus, Dux Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, ut et Angariae atqve VWestphaliae, Landgravius Thuringiae, Marchio Misniae, Principali dignitate Comes Hennebergae, Comes de Marca atqve Ravensburgo, et Dynasta Ravensteinl.

Per Anagram. puriss.


A JOVA charus hic Patriae Pater datus, pius, clemens, magnanimus, longaevâ vitâ dignus. Hôc Regente virent magna & rara haec DEI muna: mera Relligio, Justitia, Irene. Lites, quae vexant, his cedunt. Benè nobis! Vivat Asylum Deliciumqve Saxoniae!



S I pius est Princeps, si clemens, magnanimus que,
 Si viret in terris Irene; Si cui curae
 Religio cum Justitiâ, tunc charus habetur
 A Populo Patriae Pater, à JOVA datus. Omnis
 Applaudit: Vivat Patriae Pater! Hem bene nobis!
 Longaevâ dignus vitâ Patriae Pater, euge!
 WILHELM ERNESTUS, Dux Saxoniae, viret annis,
 Est pius, est clemens Hic Princeps, magnanimus que.
 Religio, Irene, cum Justitiâ, Hocce Regente
 Hisce virent oris. Quàm magna haec munera Magni &
 Rara DEI! Lites, quae vexant, Marte furente,
 Nunc alios, cedunt his oris. Hem bene nobis!
 WILHELM ERNESTUS, Dux Saxoniae bene vivat!
 Est pius, Exemplar Pietatis, ut ore fatentur
 Unanimi, pia queis Ejus datur ora tueri.
 Publica ceu dudum & pronuper Scripta loqvuntur.
 Hic mera Religio; mera sunt Altaria cuncta;
 Suggestusque meri per Vinariensia Templa
 Testantur, testes Praecones tot Megalandri,
 Qvos Pietas WILHELM ERNESTI ritè vocavit,
 Dogmata Apostolicò planè mera more docentes.
 Hic charus vivat Patriae Pater! Hem bene nobis!
 IRENE viret hic; ibi Bellonae furit Ira;
 Dum vexans homines, urbes pessumdat & agros,
 Sangvineis lacrymis quod deplorare videmus
 Hic Italos, ibi Polonos, alibi que Livonos,
 Rhenenses que simul. Nobis Pax optima rerum
 A JOVA data, quam nobis conservet IOVA
 WILHELM ERNESTUS Dux Saxoniae bene vivat!
 JUSTITIA hic viret, hic sedem fecit sibi fixam.
 Illustresque Viros plures ibi nutrit in Aula,
 In Camera pariter, Consistorioq; supremò.
 Sive quid intimiùs, seu in publica commoda quidquam

Est

Est consultandum, cum dexteritate parati
Rarâ; sin opus est, varias decidere *lites*,
 In trutina veluti, libellae examine iusto,
 Expendunt causas, Jus lance cuique rependunt
 Aequatâ; nullis certè hâc aetate secundi
 Juris Consultis. *Bene Vinariae! Bene nobis!*
 WILHELM ERNESTUS Dux *Saxoniae bene vivat!*
 WILHELM ERNESTUS *clemens est*, tanquam ad *Asylum*
 Confugiunt ad EUM, quotquot fors fortè sinistra
 Pressat; *et ille dies amissus creditur*, in quo
Munera non dederit miseris Patriae Patre digna.
 Neminem enim patitur tristem remeare petentem.
 Hinc in *deliciis summi, medioxumi, et imi,*
Delicium hocce fovent, Patriae Patrem venerantur
 Obsequiô devotô, corde ac ore voventes:
 WILHELM ERNESTUS Dux *Saxoniae bene vivat!*
Hicce Pater Patriae nobis charus bene vivat!
A JOVA datus Hic pius, Hic clemens, bene vivat!
Longaevâ dignus vitâ bene vivat! Asylum
Deliciumque hoc Saxoniae nostrum bene vivat!
Religio mera, Justitia, Ireneque, Regente
Hoc vireant Patriae Patre! Munera magna DEI hoc, &
Rara Fides, semper sese amplectentur in unum.
 Has terras nunquam *lites*, furibundaqve bella,
Vexent, sed cedant procul hinc, procul ad Garamantas!
 Sic Chorus, atque Forum, Torus aequè, se *bene* habebunt,
Vita sit incolumis, rara & longaeva sit aetas
 WILHELM ERNESTI! redeat NATALIS EIDEM,
 Ex votô semper felicior! Hem *bene nobis!*
 WILHELM ERNESTUS Dux *Saxoniae bene vivat!*



A. Ω.

^{Quum,}
JHOVA, Vitae Datore ac Conservatore,
annuente,
SERENISSIMUS PRINCEPS AC DOMINUS,

DOMINUS

WILHELMUS ERNESTUS,

Dux Saxoniae, Juliae, Cliviae ac Montium, ut &
Angariae atqve VVestphaliae, Landgravius

Marchio Misniae, Principali digni-
tate Hennebergae, Comes de Mar-
tineburgensi, & Dynasta
Ravensteinii,

ALEM SUUM, SUS ET INCOLUMIS,


XXIX. Octobr. A.O.R. clolcccii.

celebraret,
c. *Anagrammatico Carmine*
ruditer composito,
poscente humilimā devotione,
gratulabundus
se submittet

hs, Caesar. Not. Publ. J. Pr.
z t. t. Poligraph. Butteltstad.



E, Litteris MÜLLERIANIS, Typ. Aul.



20. 29/10 02